i ALEX. ¶ Et temeraria. An valeat ſtatutum quod poſſit quis teſtari coram duobus teſtibus per Barto.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.⁊ Imol.in l.teſtamenti.vide Petr.de Anch.in d.c.canonum ſtatuta.in verſi.ſed iuxta predicta quero.de conſtit. Sed an valeat conſuetudo quod filiuſfamil.poſſit teſtari, Bald.not.quod ſic,in auth.ingreſſi.in prin.ʒ.de ſacroſanc.eccl. Sed an monachus poſſit teſtari,vide Bartol.j.ea.l.⁊ Bald.in verſic.vlterius quero. Adde Oldr.conſil.ccxlviij.incip.preſuppoſita conſuetudine Pariſienſi, vbi dicit, quod non valet teſtamentum, nec conſuetudo, quod te⸗ ſtari poſſit citra formam legalem. Idem videtur voluiſſe Bald. conſil.clxiij.iiij.lib.ſuper quodam teſtamento facto in Damaſco. Sed quid ſi ſit ſtatutum in ciuitate,quod nulla mulier de illa ciui⸗ tate poſſit teſtari, niſi ſeruata certa forma,⁊ fuerit ibi nupta mu⸗ lier alterius ciuitatis vbi viget aliud ſtatutum, quod non debebit teſtari illa mulier,vide Bald.conſi.ccccxxxiij.ij.vol.

k P.PAV.P. ¶ Ego credo quod ſtatutū. Uide Are.in l.iij.ff.de teſt.

l ALEX. ¶ Ignorante. Adde quod not.dixit Bald.in auth.ſed omnino.C.ne vxor pro mari. quod priuilegium conceſſum loco, non ſe extendit ad eos qui non ſunt ſub protectione loci,⁊ ideo in⸗ cole qui non ſubeunt munera in loco, tanquam aduene, non gau⸗ dēt priuilegio in ciuibus abdicatis,vel abſentatis a loco, vide ibi. Ad qd facit ꝙ no. Bal.in rub.C.ſi a non cōp.iud.⁊ ibi an ciuis ori⸗ ginarius,ſi alibi ſibi conſtituat domiciliū, ligetur ſtatuto originis.

m POMA. ¶ Prohibetur text.in l.ſi mihi,⁊ tibi.§.fin.ff.de leg.j.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Sentire Cy. Iſta ſolutio eſt cōtra ea que not.per Dyn.⁊ alios in l.ſi mihi ⁊ tibi.§.in legatis.de legat.j. vbi Alexand.facit mentionem de Barto.hic.

n ALEX. ¶ Ruſticis. Adde Bal.in d.l.ſi non ſpeciali.⁊ ibi etiam an extēdatur ad ciues extra locum ſuum teſtantes, ⁊ Bal.⁊ Bar. in d.l.j.C.de teſta.

o ALEX. ¶ Uidet̃ dicendum. Ad hoc vide not.per Bar.⁊ doct. in l.qui a latronibus.ff.de teſta.ibi,ſed circa hoc dubitatur,⁊c.quid ſi ſtatutum diſponit quod filiuſfa.poſſit facere teſtamentum an fo⸗ renſis poterit. Et de hac materia vide plene per do.Pet.de Anc. in c.canonum ſtatuta.de conſtit.ver.venio ad tertium articulū,vbi notabiliter diſtinguit in materia,⁊ ibi etiam tangit quod ſi priuile⸗ gium eſt cōceſſum patrie, vt valeat teſtamentū cum duobus teſti⸗ bus,nunquid proderit illud omnibus,an ciuibus tantū. Uide ibi.

p P.PAV.P. ¶ Ibi teſtantibus. Uide Comen.conſi.lxxv.vbi vult iſtud procedere, etiam ſi in loco vbi ſunt bona, eſſet ſtatutū diuer⸗ ſum circa modū adminiſtrandū.puta in tutore dato,vide per eum.

q POMA. ¶ Dubitatur. An ſtatutū poſſet legitimare ſibi nō ſub⸗ ditum,vide Pan.conſi.lj.in ſecundo dubio vol.ij. Roma.ccxxiij.in ver.iij.prin.⁊ vide que addidi ad Pan.in c.quod clericis.in verſi.ij. ad predicta.in additio.que incipit quid autem.⁊ Anc.in c.canonū ſtatuta.ad ſi.de conſt.⁊ Barb.in c.eccleſia ſancte Marie.de cōſti. ⁊ ibi Fel.in verſi.⁊ adde etiam aliam rationē.⁊ Aret.conſi.liiij.vbi dicit quod etiam in concernentibus proceſſum,forenſes non gau⸗ dent beneficio ſtatuti,⁊ Alex.cōſi.xliiij.vol.v.vbi late ſequit̃ Bart.

r ALEX. ¶ Diſponere. Per Bar.⁊ doct.in l.j.§.ſi.ff.de vētre inſpi.

s ALEX. ¶ Si ſtatutum diſponit. Sequitur Petr.de Anch.in c. canonum ſtatuta.in ver.ex quo infertur ad ſtatutum,⁊c. melius in verſi.quid econuerſo,vtrum ſtatutum poſſit inhabilitare,⁊c.in xj. queſtione in verſi.ſed circa perſonas.

CLAVD.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

* CLAV. DE SEISS. ¶ Statutum loci. An autem ſtatutum liget ſtatuentem, vide quod no. Bal. in auth. quibuſcunqꝫ. j. titul. j. poſt Cyn. ⁊ idem in c. cum in iure. circa princip. de elect. Roman. conſi. cccc xliiij. in fin.

t P. PAV. P. ¶ Ligent clericos. Et quando ſtatutum dicatur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, vel an valeat ſtatutum puniens illum qui mouet litem ſuper matrimonio contra aliquam ſi ſuccumbat, vide Barba. conſi. xxxj. volum. iiij. Item quod ſtatutum requirens ſolennitatem in actu, puta donationis, liget clericos acquirentes a laicis, vide Barb. conſi. lxv. volu. iiij. in iij. dubio. etiam ſi ſit ad pias cauſas. In cõtrarium facit quod no. Alex. in l. illud. j. co. ti. An autem epiſcopi vtantur eorum ſtatutis contra laicos, ſi ea contra ſe non admittant in ſua curia, vide qđ no. in ſtatu. xix. in terris autem iuris communis ꝙ ſi clericus conueniatur a laico in foro eccleſie, vti poſſit ſtatutis facientibus contra laicos, vide Paulum de eleaz. in vj. q. Et de ſtatuto, quod fiat cõpromiſſuꝫ inter affines, an concernat deciſiua litis an ordinatiua, vide Bal. in l. j. in fin. C. que ſit longa conſuetudo. Item quod ſtatutum, quod cauſa appellationis terminetur intra duos mẽſes, alias ſit appellatio deſerta, cõcernat ordinariua litis, vide Peru. in c. ſi duobus. §. j. de appel. Et de ſtatuto compellente ad compromiſſum ꝙ concernat ordinatiua litis, vide Pau. de ca. conſi. xlv. ad fin. Et de ſtatuto requirente inſinuationẽ in donatione ꝙ cõprehendat forenſes, vide Bar. conſi. ij. vo. iij. Itẽ vide de materia ꝙ dicit do. Ant. de canario in ſuo tra. de inſinuatione in lxvj. q. ⁊ ſeq. an ſtatutum requirens inſinuationem liget eccleſias ⁊ perſonas eccleſiaſticas. Item vide Bald. in conſi. cc. vo. j. inci. ſtatuto cauetur ꝙ ſtatutum diſponens poſſe redimi per illos de parentela, non habet locuꝫ in feudalibus vel in emphyteuta eccleſiaſtico. Sed loquitur contra eccleſiam, non inter laicos. Et qđ quantum ad laicos habẽtes bona in emphyteuſim vel fundum ab eccleſia valeat, vide Deci. in c. que in eccleſiarum. in iij. no. de conſti. Item an leges generales laicorum ligent clericos ⁊ eccleſiaſticas perſonas, vide Alex. conſil. ix. vol. v. vide late Bart. in repeti. l. j. C. qui admit. cum multis ſeq. vbi ponit an illud quod diſponitur, ibi, ꝙ bonoruꝫ poſſeſſio agnoſci debeat intra certum tempus, ⁊ alia ibi dicta procedant in clericis. Item vide de materia Jo. de Ana. conſi. lvij. vbi dicit valere teſtamentum ad pias cauſas contra formam ſtatu. laicorum diſponẽ. non poſſe probari teſtamenta per teſtes. Item vide late in rub. extra de reb. eccle. non alie. in ij. ⁊ iij. dub. An ſtatutum prohibens alienationem in forenſes, liget clericos, ⁊ an dicatur contra libertatem eccleſiaſticam. Item quod ſtatuta laicorum non ligẽt clericos in minori conſtitutos nec prime tonſure, vide Decium in c. eccleſia Sancte Marie. extra de conſtitu.

v POMA. ¶ Ligent clericos. Vide Barb. late in rub. de reb. eccl. non alie. ⁊ ſalua op. Bar. vt per Bar. conſi. liiij. incip. preclare ſcripſit Pſalmiſta. ij. vol. vbi vide Panor. improbantem iſtud dictum Bar. in c. quod clericis. in j. nota. de foro comp.

x ALEX. ¶ Foro epiſcopali. Et hãc opi. ꝙ ſtatutũ laicorũ generaliter loquens, comprehendat clericos ſi ſit iuſtum, ⁊ honeſtum, videtur primo tenere do. Ant. in c. eccleſia ſancte Marie. de conſt. ⁊ in c. dilecti. de foro comp. poſtea tamen idem do. Ant. videtur tenere contrarium dum reprobat opi. Bar. hic ⁊ hec opi. videtur tenenda contra Bar. ſecundum Imo. in d. c. eccleſia. ⁊ hoc in deciſorijs, ſed in modo procedendi, tunc bene ligaret clericum agentem in foro ſeculari, vt per ea que ſtatim hic ſubdit Bart. ⁊ hanc opi. contra Bar. ſequitur Jo. de Lig. in d. c. eccleſia. reſpondendo ad iura Bart. vt ibi per eos. Quid autem in conſuetudine locorum do. Ant. in d. c. eccleſia. videtur tenere quod liget clericos, poſtea tamen ſentit contrarium, ⁊ bene, ſecundum doctores ibi, ⁊ hec omnia in rebus eccleſiarum, do. idem dicunt in d. c. eccleſia, niſi ſtatutum, vel conſuetudo, iniecisset vinculum ante clericatum, tũc ligabit i patrimonialibus. Fortius dixit do. Anto. quod etiam ſi ſtatutum nõ iniecisset vinculum ante clericatum ſi tamen ius, de quo queritur, eſt originatum principaliter a facto clerici ꝙ tunc etiam in deciſorijs ſeruabitur ſtatutum loci. ar. l. ſi fundus. ff. de eui. Sed contrarium in hoc vltimo credit ibi Imo. contra do. Ant. per no. per do. Cal. in ſua queſtione que incipit, ſtatutum ciuitatis, vbi dicit, quod ſi ſtatutum eſt in loco qđ non poſſit probari contractus per teſtes, ſed per inſtrumentum, quod ſi clericus contrahit cum laico, ⁊ agatur contra eum in foro ſeculari quod poterit probari per duos teſtes, ⁊ vide Jo. And. in regula ſine culpa in mercurialibus, ⁊ latius per Imo. in d. c. eccleſia. poſt do. Ant. Ex oppoſito Do. An. alle. contra Bar. caſum in c. fi. de vita ⁊ honeſta. clerico. Et hanc materiam plene examinat in c. ꝙ clericis. de foro comp. ⁊ facit ꝙ no. Bar. in l. ſi qs ſub cõditiõe. de cõd. inſti. ⁊ cõtra Bar. etiã videtur tex. extra, vt lite pendẽ. c. eccleſia ſancte Marie, ibi enĩ erat ſtatutũ generale de non alienãdo rem litigioſam, nec tendebat contra libertatem eccleſie, imo erat iuri communi conforme, ⁊ tamen non extenditur ad eccleſias, ⁊ earum bona, vt ibi, etiam bene facit tex. in d. c. eccleſia ſancte Marie. de conſti. ex quibus infertur ad id quod voluit Matthe. Matheſilanus in ſuis dictis, dicto vj. c. xc. quod ſi extet ſtatutum dictans, quod cognati vſqꝫ ad quartũ gradum excludant feminas, hoc ſtatutum non comprehendit clericos, vt eo vti poſſint. predicti doct. in c. eccleſia ſancte Marie. de conſtit. ⁊ in c. fi. de ſol. ⁊ valet ꝙ clerici non poſſunt vti ſtatutis laicorum etiam fauorabilibus, niſi ea ſpecialiter approbauerint. ⁊ hoc firmat Jo. de Imo. in d. c. eccleſia ſancte Marie. ſed vt ipſe refert do. Ant. ibi videtur velle contrarium, videlicet ꝙ clerici poſſint vti. Adde ꝙ no. doc. in c. j. de conſue. Pet. de Anch. in d. c. canonum ſtatuta. in d. c. dicit etiam valere ſtatutum concedens priori fraternitatis laicorum, quod poſſit petere, ⁊ diſtribuere legata ad pias cauſas. qꝛ eſt in fauorem pie cauſe, quod concurrent cum epiſco. Sed ego reperio quod Bal. in auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſ. videtur tenere contrariũ, ⁊ vide quod no. Bar. in l. j. in vl. q. j. ti. j. de ſtatuto contra fauorem pie cauſe, Ant. de But. in c. ꝙ clericis. de fo. cõpe. in ſtatuto de ſucceſſione, tenet idẽ ꝙ includantur clerici ad eorũ fauorem, ⁊ Bal. hic ⁊ in l. de quibus. in xiiij. q. ff. de legibus. ¶ Adde huic apoſtille Pau. de caſt. conſi. ccxvij. in fi. an ſtatuta generaliter loquẽtia cõprehendant clericos, per eundẽ cõſi. clxxxj. vbi ponit an valeat ſtatutũ ꝙ eccleſia, vel hoſpitale nõ poſſit inſtitui, ⁊ conſi. cccxxxvij. vbi ponit, an ſtatutum excludẽs feminas a ſucceſſione comprehendat moniales? De quo etiã per Pet. de Anc. cõſi. cvij. ⁊ Bal. cõſi. cccxxx. iij. vo. ⁊ per eundẽ, an valeat ſtatutũ editũ cõtra ingrediẽtes monaſteria, eius cõſi. ccxvj. iij. vo. ⁊ per Ab. etiã an ſtatutũ de quo ſ. cõprehendat moniales, eius cõſi. cxj. ij. lib. An autẽ clericus litigans cũ laico poſſit cogi ad cõpromittẽdũ ex forma ſtatuti, vide Bal. conſi. clxj. iij. vo. Et an clericus quo ad litis ordinationẽ ſubijciat̃ ſtatutis laicorũ, vide Ang. cõſ. clj. ⁊ ibi an valeat ſtatutũ ꝙ clericꝰ agẽs nõ audiatur niſi ſatiſdet de parẽdo laico, ⁊ an valeat ſtatutũ Florentinũ ꝙ nulla perſona cuiuſcũqꝫ gradꝰ exiſtat, audeat aliquas eccleſias in ciuitate, vel comitatu exiſtẽtes poſſeſſas per ſupra nominatas perſonas intrare, vel occupare, ſine licentia dominorum priorũ, vide Ang. cõſ. xxiij. vbi dicit tale ſtatutũ cõmendabile. Ab. tñ cõſi. lxxxiiij. ij. li. videt̃ aliter ſentire. Et an poſſit per laicos fieri ſtatutũ, ꝑpter ꝙ reditus ſui augeant̃, ⁊ eccleſie alicuius minuant̃, vt puta aliqua cõmunitas habet molẽdina, aliquis etiã prelatus habet ibidẽ molendina, cõmunitas facit ſtatutũ, ꝑ ꝙ reditus ſuorũ molendinorũ auget̃ ⁊ illius epiſcopi minuit̃, vide per Pet. de Anch. qui cõſuluit in regno Ungarie eius conſi. xxiij. ⁊ ſeq. ⁊ conſi. cliiij. vbi cõtra cõmunitatẽ cõſuluit ipſe, ⁊ quã plures alij licet cõmunitas diceret id feciſſe, ne victualia exirẽt ciuitatẽ. Contrariũ, ⁊ pro cõmunitate cõſuluit Bal. inter eadẽ cõſilia, cõſil. xj. ⁊ vide per Bal. an ſtatutũ Lucanũ ꝙ ꝓhibet fieri alienationes niſi ſeruata certa forma, cõprehẽdat legata facta ad pias cauſas, eiꝰ cõſ. cccc liiij. j. vol. Et an ſtatutũ Brixie, quo diſponit̃ ꝙ nullus audeat i vita, nec i morte facere aliquã alienationẽ, per quã dominiũ, vel poſſeſſio de bonis ſitis in diſtrictu Brixie, in aliquod collegiũ, vel aliquã perſonã, que nõ ſuſtineat onera cõmunis Brixie, an tale ſtatutũ cõprehendat eccleſias, vel pia loca, vide Bal. con. ccccxxj. iij. vo. Et an valeat ſtatutũ ꝙ alienatio nõ poſſit fieri in nõ ſubditos, tanquã libertatẽ, ꝙ quidẽ ſtatutũ eſt Mediolani, ⁊ plus dicit, ſiue ſit perſona eccleſiaſtica, ſiu e nõ. Bar. eius cõſi. xiiij. ij. vo. refert do. Car. in c. perpendimꝰ, de ſent. excõ. referre ꝙ do. Fran. de Alber. cõſuluit tale ſtatutũ valere, nec in eccleſiã poſſe fieri aliquã alienationẽ, qꝛ domini reb. ſuis licite legẽ ponere poſſunt. Et ita dicit voluiſſe Bal. in c. que in eccleſiarũ. de cõſtit. refert etiã ꝙ do. Richa. de Sali. tpe ſuo, ⁊ do. Jo. Archiepiſco. ⁊ do. tpalis Mediolani, cõuocato collegio doctorũ, ⁊ ſapiẽtib. ipſiꝰ dominij diſputauit, ⁊ concluſit tale ſtatutũ valere, ⁊ idẽ cõſuluit dñs Signo. conſi. xix. ⁊ ipſe Card. cõſuluit ſuꝑ ſtatuto Piſtorij diſponẽte, ꝙ donatio ſit ipſo iure nulla, niſi fuerit denũciata, ꝙ ſi facta ſit donatio clerico ꝑ laicũ ꝙ clericus denunciare teneat̃, ⁊ ipſe Bar. cõſuluit, ꝙ ſtante ſtatuto Bonoñ. ꝙ finita locatione intelligat̃ reconductio facta, ꝙ tale ſtatutũ ligat perſonã eccleſiaſticã. Et an ſtatutũ, ꝙ nõ ſubeuntes munera in cõmuni, ſint incapaces ex teſtamẽto, cõprehẽdat eccleſiam, vide Pet. de Anch. cõſi. lx. Et an valeat ſtatutũ, ꝙ mulier nõ poſſit teſtari pro anima, niſi ad cõputũ decẽ pro centenario, vide Pet. de Anch. cõſ. xxiiij. ⁊ ꝑ eundẽ, an teſtator legãdo fundũ eccleſie, cũ hoc ꝙ ſoluat collectas, poſſit eccleſiã grauare eiꝰ cõſ. ccxvij. ⁊ an ſtãte ſtatuto ꝙ res alienata poſſit relui ab illis de parẽtela, ⁊ eccleſia emerit vtile dñiũ alicuius rei emphiteutice, an illa res emphiteutica poterit relui ab illis de parẽtela, vide Bal. cõ. ccliij. vol. ⁊ no. qꝛ raro inuenies. Et ad materiã huiꝰ articuli, an ſtatuta laicorũ ligẽt clericos, vide Alex. cõſ. ccxxj. j. vo. Et an ſtatutũ diſpones ꝙ de emptiõe ſoluat̃ gabella, habeat locũ ſi emat̃ ab eccleſia, vide Bal. cõſ. xxxj. iij. vo. ⁊ qualiter itelligatur ſtatutũ, ꝙ tale ius reddatur clericis i foro ſeculari, ꝙ laicis in foro eccleſiaſtico, vide eundẽ Bal. cõſ. xiiij. j. vo. Et an ſtatutũ Peruſinũ dictãs, ꝙ nullꝰ natꝰ de

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ple militari audeat per ſe vel p aliū recipere aliquā actionē ceſſio nis quocunqꝫ titulo inter viuos realē,vel perſonalem contra aliquam popularem perſonam, ⁊ ſi aliter factum fuerit, talis ceſſio non valeat,⁊ cedens puniatur,an cōprehendat eccleſias, ſcilicet, vt illa nō poſſit cedere vigore dicti ſtatuti. Fede. tenuit quod ſic, eius conſi.lxxxv.quod vide.Et an valeat ſtatutum laicorum diſponens,quod de omnibus bonis transferendis quocunque titulo,ſiue inter viuos,ſiue inter vltimas voluntates,etiam ſi ſint hoſpitalia teneantur ſoluere duos denarios pro libra pro reparatione alicuius pij loci,vide Ab.conſi.xxvj.j.lib. tenentem quod non. Et an feuda eccleſiaſtica regulentur ſecundum conſuetudines feudorum,vide Pet.de Anc.conſi.clxxiij.⁊ inquantum Alex.in fi.tenet,quod ſtatutum diſponens quod mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu duorum propinquorum, quod hoc ſtatutum non arctat,cum vult teſtari ad pias cauſas.

* CLAVD.DE SEISS.¶ff.De poſtul.Contra iſtam opi.cōſuluit Alex.conſi.ccxj.in j.dub.in ij.vol.⁊ latius in conſi.ſeq.Uide tn̄ plene Fely.in c.que in eccleſiarū.per totum de conſtit.Barb.conſi.xiiij.in ij.vol.Roma. conſi.viij.

y ALEX.¶Offeratur,libellus.Uide hanc queſtionē late per do. Petr.de ancha.in c.canonū ſtatuta.in verſi.etiā querit Bal.ſi ſtatuto cauetur,⁊c.⁊ ibi ponit multas pulchras queſt.in materia.

z P.PAV.P.¶Tale ſtatutum. Circa iſtam materiam, adde an valeat conſuetudo,quod clerici non ſuccedant. Pan. conſil. clxj. Item quod non valeat ſtatutum quod non poſſit fieri alienatio in clericum,vide Pau.conſi.clxxxj.⁊ que habes in Berta. in verbo,ſtatuta.de contractibus.Quod autem lex vel ſtatutum diſponens bona alicuius debere peruenire in aliquem,valeat,⁊ ſortiatur effectum. Ad hoc etiam ne ad pias cauſas relinqui poſſit,vide Pan.conſi.lxiij.⁊ ideo ſi litigetur ſuper re eccleſiaſtica in foro ſeculari debent ſeruari ſtatuta eccleſiaſtica,vide Com.con.lxxxiij. Item quod ſtatutum laicorum poſſit denegare clericis ſua priuilegia conſi.ccclxxxij.Bar.in repe.l.cum acutiſſimi.C. de fideic. Feli.in c.eccleſia ſancte Marie.verſi.v. declaro.extra de conſti.in xij. queſtio.Ideo ſtatutum Pap.denegat clericis priuilegia ſtatutorum Papien.niſi ipſi eis vtantur in ſua curia. vide in ſtatu. xix. ⁊ quod id facere poſſint,vide Iaſ.in l.de quibus.ff.de leg. Areti. in l.iij.ff.de acqui.here.

a ALEX.¶Exempla.Imo.⁊ do.Ant.in c.eccleſia ſancte Marie. de conſtitu.dicit quod ſi ſtatutum vult quod teſtamētum debeat firmari,vel fieri,cum certa ſolennitate vltra ius commune, aliter non valeat,quod ſi clericus tenetur ſeruare dictam ſolennitatem ſecus tamen putat ſi teſtamentum fieret a laico, licet relinquat clerico,qꝛ tūc actus ſit principaliter a laico,qui eſt ſubiectus ſtatuto,ſecus tamen dicit ſecundum Bar.hic,ſi teſtamētum, in quo fieret relictum ad pias cauſas,qꝛ ⁊ ad talia non extenditur ſtatutum.Facit quod habetur in c.cum tibi.extra de teſt.ſecundū eum. Et de iſta materia vide latius per Imo.in c.quod clericis.de foro compe.⁊ vide Bal.in l.omni innouatione.j.ti.j.⁊ Pet.de anc.late in d.c.canonum ſtatuta.⁊ no.Bal.in auth.caſſa.j.tit.j.vbi omnino vide. Adde etiam quod ſtatutum laicorum non extendit ſe ad actum pium,ſeu eccleſiaſticum,ſecundum Bal.in l.generali.in fi.j. tit.j.Adde tn̄ ſecundū Bal.in l.ſi quis.in fi.de epiſ.⁊ cleri. quod licet ſtatutū nō poſſit auferre alteri ius cōmune,tn̄ per ſtatutū laicorum poteſt auferri protectio conceſſa per ſtatutum.Item auferri priuilegiū.quod no.⁊ adde quod dicit Io.And.in c.fi.de immu. eccle.li.vj.quod non obſtante ſtatuto, quod immobilia non poſſint alienari in forenſes,ſeu in non ſuppoſitos iuriſdictioni, poterūt talia bona donari eccleſie, qꝛ ſtatutū inferioris nō pōt tollere priuilegium indultum eccleſie,per principē.Hanc opi.tenet Bal. in d.l.generali.j.ti.j.⁊ expreſſe ſequit̄ Ab.Sicu.in c.relatū.de teſta. ¶Querit etiā Abb.in d.c.relatū.ſtatuto cauet̄,ꝙ mulier nō poſſit teſtari,vel donare,ſine cōſenſu duorū primorū,tenet.Ab.ꝙ nō requirit̄ talis cōſenſus ad pias cauſas,ꝑ illū tex. vbi tollit̄ ſolēnitas iuris ciuilis.l.oēs populi. Ad hoc etiā adducit illud dictum Ioā.An.in d.c.fi.no.ꝑ Bal.in aut.caſſa.⁊ adde predict.tex.not.i c. fin.⁊ ꝙ ibi no.Ab.poſt alios de reb.eccle.non alie. ⁊ in materia vide Bal.in l.j.j.de contrahen.emp.vbi etiam querit,an ſtatutum liget clericos ad ſolutionem gabelle.Et nota tamen ꝙ licet minor, vel prodigus,habēs curatorē,poſſit ingredi religionem abſqꝫ authoritate curatoris,⁊ bona in monaſterium transferre, tn̄ dicit,ꝙ in aliā piā cām ſine debitis ſolennitatib. nō poſſet.l.ſi quis rem.§. voto.ff.de pollici.Ita dicit Ioā.And.in c.in preſentia.de proba.⁊ ⁊ ibi ſequitur d.Ant.Et an ſtatutū loquēs ꝙ detrahi poſſit de legatis certa portio,liget eccleſiā,vide Bal.in l.⁊ i legatis.j. ad leg. Falc.Quid ſi ſtatuta laicorū ſint cōfirmata per ſedem apoſtolicā, vide Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.¶Adde ꝙ Ab.cōſ. lij.li.ij.dicit,ꝙ dubitat de dictis Bar.hic,ibi,do.etiam.Et an ſtatutū diſponēs ꝙ mulier nō poſſit teſtari,niſi certa forma ſeruata, an habeat locū,cū teſtat̄ ad pias cauſas,vide Bal.cō.cclix. ij.libr.

b POMA.¶Fraudibus.Uide Alexan.conſi.cv.in iiij.volu. Pau. de Ca.in auth.cauſa que.j.ti.ij.Panor.cōſi.cccxxxij.⁊ vo.j.conſi.lij. eo.vol.Feli.in c.eccleſia ſancte Marie.de conſti.vbi tangit de ſuperioribus verbis Bart.⁊ in c. ad noſtram.ver.no.primo.de probat. Barba.cōſi.xiiij.i ij.vol.⁊ cōſi.liij.⁊ xix.vol.ij.⁊ cōſi.lviij.⁊ xij.vol.iij. ⁊ Imo.conſi.cxij.⁊ Alex.conſi.cxj.vol.ij.Anch.in c.canonum ſtatuta.de conſti.⁊ vnum verbum eius etiam in c.poſſeſſor.de re iudic.⁊ quatuor ſeq.Panor.in d.c.eccleſia ſancte Marie in iij.not.⁊ barb. conſi.xij.vol.j.⁊ aliquid etiam conſi.iiij.⁊ ſeq.volu.j.⁊ in d.c. eccleſia ſancte Marie.poſt Bal.ibi ⁊ Alex.conſi.ccxj.vo.ij.⁊ Are.lxix.⁊ ſoci.lv.⁊ ccxxx.in ij.dub.

c P.PAV.P.¶Comprehendit etiam ciuem.idem hoc tenet Sali. hic ⁊ conſi.xxxix.inci.in propoſita queſtiōe nobilis ⁊ excelſi viri.Et Are.conſi.lxxiij.Alex. late conſi.xli.vol.v.vide etiā Are.conſi.liiij. declaraui quomodo intelligatur Bar.in hoc ⁊ preceden.membro.

* CLAVD.DE SEISS.¶Ciuitatis.Sequitur Ro.conſ.xxxiiij. in j.dub.⁊ ibi etiam in ſeq.dub.tradit an trahatur ad bona in alio territorio ſita:⁊ quid ſi mutauit domicilium.

d ALEX.¶Ubicunqꝫ ſint bona. Illud intelligit verum Petr.de Anch.in c.canonum ſtatuta.quando contraherent cum viro eiuſdem territorij, non ſeruata ſolennitate ſtatuti:ſecus ſi cum forenſi exiſtente extra territorium,qui non obligatur ſtatuto. Et ita dixit determinaſſe diſputando dominum Zacha.Teruiſanum eius cōpatrem,ibi vide.¶Adde vt Bart.ſequamur in hoc articulo non Alex.⁊ primo quando ſtatuta ſunt prohibitiua,ratione ſolennitatis,Ang.conſi.cc.ſuper ſtatuto Lucano,quo diſponitur,ꝙ inſtrumenta non producantur in curia,niſi ſeruata certa ſolennitate, an illa confecta in alio loco habeant robur in dicta curia? Bal. conſi. ccccxij.iij.lib.ſuper ſtatuto Parme,quo diſponitur,quod inſtrumēta confecta etiam per certum ſpatium extra Parmam,non valeāt niſi ſint duo notarij.Quero cum ſtatutum eſt prohibitiuum in rē, adde Bal.conſi.cxl.inci.ſtatutum. ij.lib.vbi conſilium ſuper ſtatuto Eugubij, quo cauetur quod nullus poſſit teſtari, niſi ſaluo iure communitatis,⁊ quidam Eugubinus Fani erat teſtatus,dixi ligari ſtatuto,quia prohibitio eſt in rē. Quo vero ad ſtatutum quod prohibet vxori legari,an ſit fauorabile,vel odioſum? Ro.conſuluit pro opin.Bart. eius conſi.xxxix.ſuper ſtatuto Regio prohibente legari vxori, quod ſi vir legat vxori licet alibi teſtetur, ⁊ alibi ſint bona, tamen non debetur legatum. Bald.autem hic ⁊ conſil. cccxx.lib.j.tenet contrarium. quo vero ad ſtatutum excluſiuum feminarum,an trahatur ad bona alibi ſita,vide Bald.conſi.ccxv.iij. lib.Pau.de Caſt.conſi.ccxxxiiij.⁊ conſi.allegato.cccxx.⁊ conſi.cccxvj.lib.iij.

e ALEX.¶Extra territorium.Uide Pet.de Anch.in c. canonum ſtatuta.in ver.venio ad aliud membrum.iuncto ver. ſed circa perſonas.

* CLAV.DE SEISS.¶Statuentium. Quid autem de ſtatuto diſponente ꝙ mulier non obligetur ex contractu,niſi ex conſenſu propinquorum,an extra territorium requiratur talis ſolēnitas Are.conſi.liiij.determinat quod ſic,per id quod dicit Bart.hic. ⁊ idem tenet in conſi.lxxv.

f ALEX.¶Filia femina.Uide Bal.in l.fi.j.de in ius voc. ⁊ in l.certum.j.vnde cogna.Et dicit Bal.in l.inter filios.C.fami.erci.ꝙ illud ſtatutum dicitur eſſe contra ius,⁊ naturalem equitatem, per illum text.⁊ vide Bal.in l.ij.C.de his qui ad liber.perue.non poſ.⁊ l.ſancimus.C.de app.⁊ ibi an valeat ſtatutum,vide hic,⁊ hoc etiam ponit,an ſit odioſum.

g P.PAV.P.¶Non ſuccedat. Uide late Alex.conſi.xvj. vbi, etiā ponit an mobilia ⁊ actiones cenſeantur eſſe illius territorij,in quo reperiuntur res vel debitores.Et de hoc dicto Bar. vide eundem conſilio.cxxviij.

h POMA.¶Non porrigitur.Idem tenet Alexand. in conſilio ſuo xvj.incipien.viſo titulo queſtionis premiſſe.in j. volum.⁊ in l. ij. ad finem.j. de in ius vocand. ⁊ in conſil. cxxviij.eod.volum.j. ⁊ conſil. vij.in ij.volum.Angel.conſi.ccx.⁊ ad hec vide,que not.Barto.in l. iij.j.de nupt.vide etiam Ioann.de Ana.conſi.lxix.⁊ conſil.lxxxix.⁊ conſil.xxvij.Barba.conſil.iiij.volumine j.⁊ conſil.xiiij.volumine j.⁊ conſilio.xvj.⁊ conſi.xxiiij.omnia.in j.volumine ⁊ conſi.xxxviij.volu. ij.⁊ quaſi per totum conſilium.⁊ do.Anto.de Butr. conſil. xxvj.⁊ Roman.conſil. cxxix.⁊ Ana. lxix. ⁊ lxxxix.⁊ Ancha.in c.canonum ſtatuta.ad fi.de conſtitu.⁊ Alex.conſi.cxxviij. vol.j.⁊ Capram. xlij. ⁊ pulchre Aret.xcij.conſi.⁊ in conſi.clxiij.⁊ Iaſon.in l.j.j.de ſucceſ. edi.⁊ Alexand. conſil.vij.volum.ij. vbi ponit, quod tale ſtatutum non excludit filias a legitima ⁊c.⁊ cxv. eod. volum. vbi loquitur in ſtatuto excludente matrem a ſucceſſione filij,iure ſtatuti:⁊ do.Cardi.⁊ Feli.in cap.poſtulaſti.in ver.cum dicunt,de foro compe.⁊ vide etiam Barba.conſi.cclxv.in j.part.vbi ponit,an ſtatutum quo diſponitur,ꝙ mater tranſiens ad ſecunda vota,non ſuccedat aliquo mō filio,intelligat̄ ēt de tranſacto, an trahat̄ ad bona alibi ſita.in eo ver.in verbo,⁊ odioſum.Et quod talia ſtatuta,licet valeāt,ſunt

odioſa

odioſa,vult etiam Soci.conſi.lxxxiiij.ꝛ Barb.xxxviij.in ij.dub.volumi.iij.vbi ſimiliter.Bart.hic ꝛ Baldus vbi videtur declarare.ꝛ conſi.clxxix.in v.parte.

i ALEX.¶Effectus notarius.Et vide ꝙ no.Bal.in l.repetita.C.de epiſ.ꝛ cler.ꝛ ibi etiam an poſſit prorogari iuriſdictio notarij.de quo etiam dixi in l.j.poſt Barto.ff.de iudic.per Gul.in l.ſi aliter.de adop.

k ALEX.¶Voluntariam.Et ſic conſuetudo dat fidem ſcripture huius contractus.Dicit Bald.quod extenditur vbiqꝫ.Ita dicit in l.exceptione.C.de proba.contrarium videtur velle in rubric.C.de fide inſtrumen.in verſi.vj.ſupplementum,ꝛc.vide tamen ipſum in verſic.incip.ſeptimum ſupplementum ꝛ vlti.vbi alleg.c.cum dilectus.de fide inſtrumen.vbi videtur calus.ꝛ ibi etiam ſubdit not.Bald.ꝙ ſi Grecus legat omnes libros Platonis,intelligitur de his qui apud Grecos intelliguntur Platonis,licet apud latinos non cenſeantur Platonis.ꝛ ibi etiam vide vbi declarat.ꝛ vide de hac materia Pe.de anch.in c.canonum ſtatuta.in verb.venio ad tertium articu.de conſtitu.

l ALEX.¶A lege municipali.Et an ratione rerum,que in territorio alicuius poſſidētur a forenſibus,poſſit aliquid contra eos ſtatui,vide Pe.de anch.in c.canonum ſtatuta.de conſti.in ver.expreſſe tamen.

m P.PAV.P.¶Quod ſufficiant quatuor.Vide Alexand.conſi.cxxviij.in j.volumi.

* ALEX.¶Extra territorium.Vide Bal.in l.in hac.ꝛ in l.data.j.de dona.ꝛ ꝙ not.idem Bald.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.ꝛ ꝙ no.Jac.de Beluiſ.in l.j.j.de emancip.liberor.

* CLAVD. DE SEISS.¶Magis ad ſolēnitatē.De hac queſt.adde Bar.in l.nec ei.§.j.ff.de adop.ꝛ in l.j.ff.de offi.procur.Ceſar.ꝛ Alex.conſi.cxxxvj.vol.

n ALEX.¶Jac.de Rauen.Nota ſecundum iſtam opinionem caſum in quo quis poteſt decedere pro parte teſtatus,ꝛ pro parte inteſtatus.Alius eſt caſus in l.ſi arrogator.de adopt.ꝛ in l.prima.C.de ſecundis nuptijs.alius etiam nota.per doctor.in l.ſi quis.ff.de vulg.ꝛ pupillari.alius in eo qui ingreditur monaſterium,qui ſi ſolam medietatem bonorū teſtatus ſit,decederet pro parte inteſtatus,ſecundum Baldum in authent.ſi qua mulier.Idem ad pias cauſas,ſecundum Bart.in l.j.in v.q.princ.j.tit.j.adde in materia ſpec.in titul.de ſenten.§.qualiter.verſic.debet.ꝛ veriſimiliter Pet.de Ancha.in c.canonum ſtatuta.de conſtit.in verſi.vlterius circa iſta ſtatuta.¶Adde quod opin.Jacob.de Rauen.ſequitur Bald.conſi.ccxv.lib.iij.

o ALEX.¶Mihi placet.Adde not.per Barto.in l.ſi non ſpeciali.maxime in verſic.item not.j.de teſta.

P.PAV.P.¶Idem tenet Comen.conſi.lxxv.incip.Titius Lucanus.vbi vult iſtud procedere etiam ſi in loco vbi ſunt bona,eſſet ſtatutum diuerſum in modo adminiſtrando,puta in tutore,vt per eum.Item quod attendatur inſtrumentum loci in quo eſt maior pars bonorum etiam quo ad bona alibi ſita,vide Joan.de Ana.conſi.iiij.incip.viſis ſtatutis.in iij.dubio.Item quod non ſeruetur ſtatutū loci vbi petuntur bona quo ad forenſem,vide s.in ij.charta ad Bartol.Vide de iſta queſtione late Jaſo.hic,ꝛ vltra hic addita per eum vide aliqua addita per eundem in l.ſi arrogator.ff.de adop.late.Poſtea tangit alium ſolennem articulum,quid ſi aliquis haberet duo domicilia,vnum ſcilicet originis in quo extaret ſtatutum,quod maritus non poſſet relinquere vxori,ꝛ econtra,ꝛ in iſto domicilio haberet quam plura bona,haberet etiam in alio domicilium habitationis,ꝛ ibidem alia bona,faceretqꝫ teſtamentum in loco habitationis,vbi non vigeret tale ſtatutum,ꝛ relinqueret aliqua bona vxori,que bona veniant in tali relicto,vt ibi per eum.

* ALEX.¶Filiusfamil.An valeat ſtatutum ꝙ filiusfamil.poſſit teſtari,vide Bal.in authen.ingreſſi.in prin.ꝛ in ver.vlterius quero.ꝛ adde etiam Bal.in auth.defuncto.ad ſi.j.ad Tertul.ꝛ Bar.in l.ſi queramus.ff.de teſta.

p P.PAV.P.¶Queritur an talis perſona.Contra hoc facit c.cum olim.ꝛ ibi Pan.in j.notab.extra de cleri.coniug.vide Aret.conſil.liiij.ꝛ conſi.lxxiij.

q ALEX.¶Per ſtatutum.Vide hic plene Bald.in rub.ꝛ quod poſt eum dico.

r AND. BARB.¶Sed inſurgit forte.Et inquantum Bart.allegat §.territorium.videtur quod contradicat illi.§.quia dicit,iudex illius loci cuius eſt territoriū,habet ius terrendi,ꝛ non alius.Item,qꝛ dicit,quod in territorio hoſtium debet ſeruari ius commune.l.qui a latronibus.in prin.ff.de teſta.

s ALEX.¶Solennitatem actus.Vide Bald.in l.ꝛ ſi contra.j.de nu.Et not.quia ratio hec poteſt eſſe,cum in hereditatibus debeamus ſtare iuri ciuili quod ſpectat ad imperatorem,non ad Papam.ꝛ ſic illa legitimatio quo ad quedam tenebat ꝛ quo ad quedam non,quod not.Item ad hoc facit quod not.Bartol.in l.qua in prouincia.ff.de rit.nup.ꝛ Bald.in j.conſtit.C.ꝛ in terminis conſuluit Bald.ꝛ Angel.ꝛ domi.Pet.collegium Paduanum tenuerunt d.de Ro.ꝛ adde quod not.Bart.in auth.ex complexu.in ſi.j.de incep.nup.adde Bald.in l.eam quam.C.de fideicom.

t ALEX.¶In Anglia.Petr.de Ancha.in c.canonum ſtatuta.in xij.principali.in verſic.quero iuxta predicta,de queſtione tali cauetur ſtatuto Tuderti,ꝛc.dicit quod Bald.in conſi.incip.In nomine.Punctus talis cōſuluit,quod non,adhibita diſtinctione,an in perſonam,an in rem ſeruentur ſtatuta loci,quo ad bona ibi ſita,ꝛ ita dicitur communiter teneri.ꝛ ita tenet:nunquam tamen inuenire potui ſuum conſi.Ex oppoſito etiam vide quod not.Bartol.in vj.q.princip.ꝛ ibidem ſequitur Bald.ꝛ Flori.hic:ſed vide etiam vltra Flor.quid conſulendo tenuerit Joā.Cal.in conſi.poſito ſub rubri.de teſta.in conſil.xxxiiij.¶Adde quod Pau.de Caſt.videtur tranſire cum opi.Bar.conſi.xxiiij.de qua queſtione,vide etiam Pet.de Anch.conſi.clxij.vbi dicit,quod ſtante conſuetudine gallicana,quod omnia bona ſint communia inter virum,ꝛ vxorem,ꝛ altero decedente ſuperſtes ſuccedat in omnibus bonis,quod ſuperſtes non ſuccederet in bonis alibi ſitis,ꝛ ſi teſtator voluerit,ſaꝫ peruiuentem ſuccedere,quia teſtator falſa cauſa ductus videtur ad ſic diſponendum,putans bona alibi ſita comprehendi vigore conſuetudinis,latius ibi vide.

* IOAN. FRAN. RVE. ADDE Corn.conſi.lxxxvj.in iij.vol.

POMA.¶De tali queſtione conſuetudo eſt in Anglia.in qua queſtione vide Alex.conſi.xvj.vol.j.ꝛ aliquid per Pan.conſi.lxxij.in princ.j.vol.ꝛ ad iſtam etiam queſtionem ad materiam per Feli.in c.eccleſia ſancte Marie.queſt.xv.de conſtit.ꝛ in c.auditis.verſi.conſuetudo.de preſcri.ꝛ aliquid per Barb.conſi.iiij.ꝛ conſi.xiiij.in j.vol.Card.Flor.in conſi.ij.ꝛ Pan.in c.quod clericis.in ver.ad predicta.de foro competen.ꝛ que ibi addidi.ꝛ Ancha.in c.canonum ſtatuta.de conſtit.ꝛ Alex.conſi.cxxviij.vol.j.ꝛ Soci.ccxcij.ꝛ Alex.xliiij.vol.v.ꝛ Car.xv.in tit.de conſtit.

u ALEX.¶Statuto peruſij.Adde que dixi poſt Bartol.in l.pupillus.§.territorium.de verb.ſignific.

x ALEX.¶Rei immobilis.Latius ꝛ melius,vt per Bald.in l.fin.de iuriſdict.omn.iudi.poſt Cyn.ꝛ per Angel.in l.heres abſens.§.ſi quis.ff.de iudic.

y ALEX.¶Extra territorium.Vide omnino Bald.in l.iubemus nullam.ꝛ quod ibi dixi poſt Bart.j.tit.j.ꝛ per Spec.de materia in tit.de conſti.verſi.ſed ſi extraneus in ciuitate.ꝛ Joan.And.de ſen.excom.c.a nobis.per Bald.in l.ij.j.de eunuchis.¶Adde Bald.conſil.cxxxix.lib.iij.ꝛ conſil.ccccl xxiiij.lib.iiij.ꝛ quomodo inchoans maleficium in vno loco ꝛ finiens in alio debeat puniri.vbi incepit vel vbi finiuit,vide Bald.conſil.cxj.iiij.lib.ꝛ an quis poſſit puniri in loco delicti,ꝛ in loco originis ꝛ qualiter iudices dicantur preueniſſe vnus alterum,vide per eundem conſil.cxc.libro iiij.ꝛ conſi.ccccxviij.lib.ij.vide etiam per Fede.conſi.ij.

z ALEX.¶Supra Aret.de delicto commiſſo in exercitu,ꝛ hoc per Bald.hic.

a ALEX.¶Ciuitatis peruſij.Vide Innoc.ꝛ cano.in ca.poſtulaſti de foro compe.ver.finali ibi,accidit,quod quidam Peruſinus ꝛc.ꝛ quod no.Bal.in l.ſi quis in hoc.j.de epiſ.ꝛ cle.no.Ang.in l.ſi vacantia.ꝛ Jo.An.in addi.Spe.de comp.iud.ꝛ adde Bal.in l.ij.j.de eunuchis vbi dixit no.verbū per Bal.in l.neganda,cum ſe.j.de ijs qui accu.non poſ.per Jac.de Bel.in l.j.C.de emanci.liberorum.

* IOAN. FRAN. RVE. ADDE circa iſtam queſtio.Alex.conſi.cxj.ponderatis verbis inquiſitionis.vol.j.ꝛ Phili.in c.a nobis.de ſententia excommunic.

b ALEX.¶Accuſationis tantum.Ang.in diſputatione ſua bono.ſue ciuitatis,ꝛc.in j.queſtio.tenet opin.Cyn.ꝛ Bart.quod poſſit vigore talis ſtatuti inquiri.¶Adde an poſſit inquiri de delicto alibi commiſſo Bald.conſi.ccxxij.iiij.lib.

* ALEX.¶Circa princip.huius tractatus.In hac materia vide Bal.Ang.ꝛ Moder.in l.ſi.de iuriſd.om.iudic.per Cano.in d.c.vt animarum.ꝛ in d.§.ſtatuto.Bald.in l.penul.de execu.rei iudic.alleg.ad hoc tex.in cap.primo de pac.conſtant.in vſib.feudor.

c ALEX.¶Sue ciuitatis.Contrarium tenet gloſſ.in cle.j.de foro competen.¶Adde vt per Bald.conſil.xxiiij.lib.j.incip.Rodulp.

d ALEX.¶Ciuitatis originis.Sed Angel.in ſua diſp.Bono.ſue ciuitatis exbannitis,ꝛc.in pe.queſt.quod quantum etiam ad penam imponatur pena ſtatuti contra Bart.

e POMA.¶Vbi deliquit.Vide Paul.conſil.lj.in ij.volu.cepo.in conſi.viij.criminali.ꝛ Panor.in c.cum contingat.de foro compet.ꝛ Alex.conſil.iij.vol.j.ꝛ Pau.de Caſt.conſi.lxxv.vbi ſequitur docto.Bart.hic inferius ad pulchrum caſum,de quo ibi per eum.

* ALEX.¶Super quibus omnibus.De hac clauſula vide Bal.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adulter.ꝛ late in l.prima de confeſſ.

f ¶Vltimo quero.Vide do.Ant.in c.poſtulaſti.de foro compe.ꝛ in c.quod clericis.eod.tit.ꝛ ibi moder.do.Pet.ꝛ Joan.de Imol.in c.cum olim.de cle.coniug.Bart.in ſuo tract.de Guelphis ꝛ Gebel

linis.in iiij.q.princip.vbi dicit.ꝙ ſtatuta in dubio debent intelligi
de his que ſunt ⁊ reſpiciunt territorium ſtatuentis.alleg.l.fi.de iu
riſd.omnium iudi.l.cum vnus.§.is qui.de bon.authen.iud.poſſ.vi
de Bar.in tra.repreſalia.in iiij.queſtio.prime queſtionis princip.
Bald.in l.j.
* ALEX.¶Extendat ſuum effectum.Uide Jo. Cald. in queſt.in-
cip.ſuppoſito.⁊ dicebant Jaco.Butr.⁊ Bal.in auth.item nulla.ſ.
ti.j.ꝙ bannitus Bononie poſſit teſtari ⁊ contrahere mutine:vide
Bal.⁊ Jmo.in l.ſeruo legato.§.fi.de leg.j.⁊ que habentur in l.qui
vltimo.per Bar.ff.de penis.
g ALEX. ¶Serua pene. Adde l.quidam ſunt ff.de penis.⁊ quid
hic dicit de dãnato ad mortẽ,ꝙ non põt contrahere,nec teſtari,
vide qđ no.Bal.poſt Bar.in l.j.ſ.tit.j.⁊ Bart.in re.l.qui vlti.⁊ qđ
ibi dixi.ff.de pe.⁊ quod dixi poſt Barto.in l.j.ff.de bo.dam.Et qđ
ſi decedat tempus ad appellandum per Jmol.in l.qui a latroni-
bus.de teſtamen.
h POMA.¶Publicata.Uide Cepo.in conſi.xvij.⁊ do.Anton.de
But.conſi.lix.⁊ lxij.⁊ Jmo.conſi.xxxvj.⁊ Oldr.conſi.xvij.⁊ omni-
no ad hec Ang.Are.in trac.maleficiorum.in glo.⁊ eius bona pu-
blicamus.in ij.q.⁊ ibi addita.
i ALEX. ¶Reputetur fiſcus.quelibet ciuitas habet fiſcũ.Adde
Barto.in l.item veniunt.ff.de petitio.heredi.⁊ in l.j.C.de here.vel
actio.vendi.
k ALEX.¶Impoſitionem.adde ꝙ Bal.in l.mercatores ſ.de cõ-
mer.⁊ mer.ponderat tex.ibi ꝙ Imperator poterit publicare bona
mobilia ſita extra territorium.q̃ dicuntur reſpicere territorium.
⁊ de queſtiõe Bar.hic adde Bal.⁊ Jmo.in l.ſed ſi plures.§.a ſub-
ſtituto.ff.de vul.⁊ pup.Ex hoc põt ampliari conſtitutio apoſtoli-
ca,que dictat bona damnatorũ debere diuidi in tres partes,qua-
rum vna ſit domini temporalis,alia officialium inquirentium,ter-
tia in officij ſubſidium,habes immobilia Ferrarie fuit Florenti-
nus ⁊ per inquiſitionem florentie damnatur.vide per diſputatio-
nem Joan.Cal.que incipit preſuppoſito quod conſtitutio ⁊c.per
Pet.de Anch.in repe.c.poſtulaſti.de foro compe.
l ALEX.¶Publicare bona.Quomodo ciuitas hodie dicatur ha-
bere fiſcũ ⁊ poſſit publicare bona ſequitur hoc Bal.in l.j.ſ.de he-
re.vel actio.ven.
m POMA.¶Eis conceſſo.Uide ibi Alex.conſi.cxj.in iiij.volu.⁊ in
conſi.vj.maxime.in fi.vol.j.⁊ Ro.conſi.lix.in v.dub.Panor.cõſi.vj.
in primo dub.vol.ij.⁊ cõſ.xvij.ſecũdo dub.eo.vo.Fel.in c.que in ec-
cleſiarum.de conſtit.⁊ in c.cum a nobis.in ver.tertio not.de teſtib.
⁊ Barb.conſi.xj.vol.j.⁊ Ancha.in c.canonum ſtatuta.de conſtit.⁊
Aret.conſ.x.vbi pulchram queſtionem ponit circa hanc materiã.
n P. PAV. P. ¶In queſtione precedenti.vide Jmol.in l.ex facto.
la grande.ff.de vulg.⁊ pupil.vbi etiam ponit quomodo,⁊ pro qua
parte ligentur creditores condemnati, ſi forte plura bona habet
vnus fiſcus,quam alius. Et quid ſi non venirent in confiſcatione,
niſi bona vnius territorij, vide late Areti.in trac.malefi.in verb.⁊
eius bona publicamus.⁊ Auguſti.ibi in additioni.Uide Alexan.
conſi.xxxj.j.vol.Aret.conſi.x.vbi ponunt quid de actio.late Barb.
circa opinionem Bar.hic conſi.lxx.vol.iiij.
o ALEX. ¶Marchia anconitana.Et in hac q.adde quod no.per
Dy.Ray.⁊ Bald.Ang.⁊ Jmo.in l.ſi pluribus.in fi.de leg.j.
p ALEX. Territoria regni. Et quando contingit,quod bona alte-
rius loci non publicentur, an damnatus liberetur a debitis pro
parte.item an creditores agent contra fiſcum Peruſinum ſi con-
demnatus ibi habet bona publicata, an vero contra fiſcũ Floren-
tinum,vbi etiam condẽnatus habebat bona publicata vide Bal.
in l.ij.j.ad l.Jul.de vi.⁊ latius p Jmo.in l.ex facto.la j.de here.inſti.
q ALEX. ¶Extenditur.Pet.de Ancha.in c.canonum ſtatuta.in
verſic.poſtremo.circa iſta tenet contrarium, quando ordo proce-
dendi non eſſet de iure communi.per Cle.paſtoralis.de re iudic.vt
quia vigore ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo.

---

a De ſacroſanctis eccleſiis.[a] Rubr. V.

¶Gloſſ.continuat rubricam iſtam,ideo dic vt in ea habes ⁊c.

LEX I.

1 ¶Collegio clericorum poteſt relinqui.
2 Relictum collegio non vitiatur.
3 Relicta ad pias cauſas quãdo valeant,⁊ debeãtur ex teſtamento defectiuo,⁊ ibi de remedio vt legata ad pias cãs conſeruent̃ nu.4.
4 Stilus ꝙ ſit circa ordinẽ,⁊ arbitriũ circa diſpoſitionẽ,⁊ in rep.n.3.
5 Relictis ad pias cauſas,an requiratur ſolemnitas.

b Habeat vnuſquiſque.[b] Collegio religioſo-
rum ſeu eccleſiaſticorum poteſt relinqui, h.d. Primo
ponit dictum. Secundo remouet vnam dubitationẽ,
alias obiectionem propter fauorem eius, cui relinquitur. Tertio
ponit rationem propter fauorem relinquentis. Secunda ibi.⁊ non
ſint caſſa. Tertia ibi.nihil enim eſt.¶In tex.ibi.debeant.idem.ex-
pediat.vel proprie.debeat̃. ſcilicet a Principe.ſeu ab ipſa iuſtitia.
1 ¶Nota ergo quod quis poteſt relinquere † collegio clericorum.
2 ¶Secundo no.quod relictum collegio † non vitiatur tanquã re-
lictum incerte perſone.vt videbitis in l.id quod pauperibus.ſ.ti.j.
¶Modo aduerte oppo.de l.is cui bonis.ff.de teſta.⁊ ſ.qui teſta.
fa.poſ.l.furioſum.⁊ l.pe.So.dicit gloſſ.ꝙ hic dicitur. habeat vnuſ-
c quiſq̃,ſcilicet habilis,[c] ad teſtandum.⁊ ſic non obſtant contraria.
Generalitas ergo legis recipit limitationem.de habilitate habes
in l.vt gradatim.§.ſi lege.de mu.⁊ ho.dicitur ibi,ꝙ poſſint eſſe cer-
ti homines de cõſilio.ſcilicet habiles. ¶Secundo opp.⁊ videt̃ ꝙ
ante hanc legẽ poterat relinqui collegio. vt l.omnibus ciuitatibꝰ.
ff.ad Treb.⁊ l.ſi heres.§.vicis.de leg.j. glo.hic videt̃ fateri contra-
rium. Tu dic clarius,verũ eſt, ꝙ poterat relinqui collegio appro-
d bato, ſed tẽpore quo fuit facta iſ.a lex.erat dubium,[d] an collegiũ
clericorũ eſſet approbatũ vel non.Nam tẽpore horũ Imperatorũ
erant cõtra eccleſiam magne perſecutiones,ideo fuit facta hec lex
vt tolleretur iſtud dubiũ.Item opp.de l.hac cõſultiſſima.§.j.de te-
ſta.⁊ l.iubemus.eo.tit.vbi teſtamẽta non facta ſolẽniter irritantur.
So.Dicit gl.ꝙ relictũ eccleſie valet,nec poteſt irritari ea ratione,
quia eccleſie relictũ:ſed ſi eſt in illa voluntate alius defectus, tunc
illa diſpoſitio irritaretur.⁊ alleg.gl.multas leges, que ponũtur de
3 teſtibus circa vltimas volũtates.⁊ vide gl.tuam quã not.¶†Ad-
uerte, quãdoq̃ teſtamẽta deficiũt propter defectũ teſtiũ, tũc dicit
gl.ꝙ non valẽt etiã in relictis ad pias cauſas. De iure vero cano-
nico ſufficiũt duo teſtes,vt extra de teſt.c.relatũ.⁊ iſtud ſeruat̃ ho-
die. ¶Quãdoq̃ teſtamentũ deficit cauſa preteritionis.vel exhe-
redationis,⁊ tũc gl.iſta tenet ꝙ etiã non valẽt relicta ad pias cau-
ſas,niſi ſint illa relicta que cõfirmant̃ per aut.ex cauſa.ſ.de lib.pre.
⁊ hoc verũ per l.ſi quis ad declinandam.circa princ.ſ.tit.j.⁊ ibi no.
Quãdoq̃ teſtamentũ deficit,q̃ non eſt ſecuta hereditatis aditio,
tunc etiã videt̃ ꝙ relicta ad pias cauſas nõ valeãt ſecũdũ genera-
litatem iſtius tituli.⁊ qđ innuit tex.in l.generaliter.ſ.eo.tit.Spe.in
t.de inſtr.edi.§.nũc aliqua.ver.ſed pone ꝙ ex eo.ponit de hac opi.
nec ſe firmat.videt̃ tamẽ magis inclinare,ꝙ licet nõ adeatur here-
ditas legata ad pias cauſas valeant.qđ tamen non probat aliqua
4 bona lege vel aliqua bona ratione. †Ego cũ alias de facto haberẽ
ſuper hoc videre, dixi de iure tale reperiri remediũ. qđ alicui adij-
e ciantur[e] bona teſtatorũ,legatorũ ad pias cauſas cõſeruandorum
gratia.ſecundũ formã illius tit. Inſt.de eo cui li.cau.bona addi.§.
liber.cũ ſua gl.⁊ ſ.de manu.teſta.l.fi.ff.de fideic.lib.l.iiij.Idẽ in pro-
poſito huiꝰ legis:ſed ſi hereditas eſſet omiſſa ex teſtamẽto,⁊ agni-
ta ab inteſtato,nõ eſſet dubiũ ꝙ deberent̃ legata.per illũ ti.ſi quis
omiſ.cau.teſta.ſ.⁊ ff.⁊ hoc puto verũ.¶Opp.ad l.iſtã ſ.de iude.l.j.
⁊ de hered.inſtit.l.collegiũ. Gl.dicit,ꝙ hic loquitur in collegijs li-
citis,ibi loquitur in illicitis,⁊ dicit verũ. ¶Querit hic gl.de dua-
bus queſtionibus.Primo quid eſt dictũ ſtilus.gl.exponit qđ dicit
ſtilus,intelligo de teſtamẽto in ſcriptis, qđ dicit arbitriũ.intelligo
ſine ſcriptis. Mihi videtur, ꝙ hic velit aliud dicere, ⁊ dico ꝙ hic
5 appellatur † ſtilus circa ordinẽ, arbitriũ reſpicit ſubſtantiã diſpo-
ſitionis.quaſi dicat, poſſit diſponere eo modo quo vult, ⁊ illud ꝙ
vult, habeat liberũ ſtilum circa ordinẽ,liberũ arbitriũ circa diſpo-
ſitionẽ,⁊ poſſit relinquere illud ꝙ vult,⁊ eo ordine quo vult.⁊ vide
tex.qui hoc videtur innuere. ¶Et per hoc diſputando poſſemus
6 dicere,qđ in relictis †ad pias cauſas nulla requiratur iuris ſolen-
nitas,nec ex parte perſone relinquentis, nec ex parte ordinis, nec
ex virtute ſeu veritate ſubſtãtie ipſius diſpoſitionis.per iſta verba
hic poſita.ꝑ probo, datũ eſt priuilegiũ militibus, ꝙ poſſint libere
teſtari quomodo velint,vt ſ.de teſta.mil.l.j.illa verba important ꝙ
etiã ſi eſt alias inhabilis inhabilitate ciuili,⁊ etiã ſi ceſſet ſolẽnitas
teſtiũ,⁊ etiã ſi pretereatur filius, ꝙ talia teſtamenta valeãt,vt pa-
tet per omnes leges,que ſunt in illo titulo de teſta.mili.ergo ita in
propoſito,hic datur libertas, ꝙ liber ſit ſtilus, ⁊ licitũ arbitriũ re-
linquendi qđ vult,ergo omnes ille ſolẽnitates iuris videntur eua-
cuate.¶Contra hoc videtur ſ.eod.l.generaliter.vbi dicit,ꝙ teſta-
mentum ſit alia iuris ratione irritũ. Reſpõdeo,verũ eſt, ꝙ ille de-
fectus qui vitiaret teſtamentũ militare, haberet vitiare illã diſpo-
ſitionem,⁊ illo modo intelligo ibi.¶Contra hoc facit ſ.eod.aut.ſi
qua mulier,dico ꝙ per illam auth.non eſt huic generalitati in ali-
quo derogatũ,quia legitima liberorum non debet minui ſicut nec
per teſtamentũ militare minui debet hodie , vt videbitis in l.cum
lege Leonis.ſ.tit.j.dicam in auth.ex cauſa,⁊ dixi alio anno in l.j.ſi
f quis a pa.fue.ma.licet diſputãdo iſta opi.poſſit ſuſtineri,[f] tamen
minime ſunt mutanda, que interpretationem certam ſemper ha-
buerunt,vt ff.de leg.l.minime.ideo teneatis opi.glo.quam dixi ſ.
que communiter tenetur.

ADDITIONES.

¶Pro concordia aduerte,quod teſtamentum non ſolenne,⁊ ma-
xime ratione numeri teſtiũ,an obſeruetur in pijs cauſis.glo.quam
ſequitur